



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

7. Luciæ in procum potens pietas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

sumus, ad Euam primam matrem nostram, tanquam omnis;  
mali originem, accusandam? Nec vnum duntaxat hoc exem-

plum occurrit: *mutatisq; non iustis up sicut et cetera*

Alia femina, & virgo vel ambita procum Christo est lu-  
crata. S. Lucia Romani nominis Virgo, à barbaris capta, bar-  
baros & ipsa cepit. Ea ob eximiam corporis venustatem, no-  
bilissimosque mores (velut olim Iudith ad Holofernem) ad  
Ethnicum regem Anzajam est adducta. Caprus est primo aspe-  
ctu barbarus; iamque vim parabat amore furens; cùm illa he-  
roidum fortissima, tota Christi ope nixa, in hæc aratum ver-  
ba effudit: *Scito, ô rex, me iam Deo cali nupisse, illiusq; sponsam,*  
*in illius siue ac tutela esse: cui magna cura est, vt me sibi seruet inta-*  
*ctam illibatamq;. Quare nihil dubita, te ab illo grauiter punien-*  
*dum interficiendumq;, si quid impuri tentaueris. Deus enim Deus*  
*Zelotes est: nec amulum potest, aut riualem sustinere. O quām*  
*potens est Christiania, pro virtute, libertas! ô si plures aude-*  
*rent, in suæ, aut aliorum salutis caussa aperte loqui! quām*  
*magnos sèpe fructus legeremus! Pauca hæc Luciae verba, tan-*  
*tam vim habuerunt, vt vel barbarum regem Dei timore per-*  
*culsum à flagitio absterrerent, virginemque integerrimam*  
*conseruarent. A cuius violatione non solum abstinuit Anza-*  
*ya, sed etiam illam de virtute tanti fecit, vt eam in regia do-*  
*mo opiparè habitam, contra aliorum petulantias ac libidi-*  
*nem, quām attentissimè custodiret. Nullum opus pietatis cæ-*  
*lessis Pater relinquit absque remuneratione. Quare etiam*  
*hanc Anzayæ humanitatem, abstinentiamque insigniter com-*  
*pensauit. Siquidem per Luciae Virginis assiduas ad cælum pre-*  
*ces, & plus quām ab homine excogitata utilissima consilia*  
*multas, clarasque, in bello, victorias regi est largitus. Adeò*  
*castitas meretur triumphos. Neque satis fuit, per Virginem,*  
*vicisse, nisi etiam per eandem rectè credere didicisset. Siquidem*  
*castissimis eius exemplis, atque sanctissimis moribus mo-*  
*tus, eam legem amplexus est, quæ tales mores faceret, Chri-*  
*stiique se iugo subiecit. Videtis virginis captæ quanta fuerit*  
*potentia in capientem? Si potuit hoc in procum, quem repu-*  
*lit; quid potuisse in sponsum, quid in maritum, nisi maiori*

VII.  
S. Antonia.  
2. p. tit. 3. c. t.  
§ 37.

iam

iam antè sposo enuplisset? Immo, quia nuptias carnis repudiauit, plus potuit. Siquidem rex Anzaya ad Christum conuersus, ut regnum quereret non peritum, cum stupore omnium, regnum caducum deseruit sponre, ac, Lucia comitante, Romam est peregrinatus. Ibi ostendit, quid vir, quid miles, quid rex, à femina pia possit discere. Quippe Christum confessus Deum, crudeli Diocletiani mandato, cum sanctissima Virgine Lucia, alijsque viginti & uno Christianis, in carcерem coniectus, ac postea capite plexus, ad cælestem coronam eternasque cum agno nuptias euolauit. *Tanti dux femina fatti,*

## VIII.

Ferrarius die  
31. Augusti.

Itaq; non ad fidem tantum, per feminas, viri sunt adduci, verum etiam ad sanctitatem vitæ, constantiamque in fide, conseruanda atque profitenda. *Quis nescit ordinem Iesuatarum?* Eius origo talis fuit. Anno 1355. agebat Senis, Ioannes de Senis dictus, nobili Columbinorum familia oriundus, qui vxore ducta, filium filiamque adeptus, in publica negotiis opesque priuatas augendas admodum intentus, cum aliquando videret, prandium desiderio suo, tardius à coniuge appariri, festinaretque prodire ad condicuum, vehementius in eam excanduit. Illa, vt erat pia & modesta, rogauit, vt aequo animo esset, se properè omnia curaturam. Interea, temporis fallendi gratia, codicem antiquum illi porrigebat, de Vitis Patrum, legendum. Ille, vt erat iratus, codicem à se abiecit. Ita autem detumescente, pénitens facti, librum de terra sustulit, aperuit, inciditque in vitam B. Mariæ Aegyptiacæ. In qua perlegenda ita incaluit, vt illico alias à se esse coepit. Itaque rebus caducis omnibus spretis, coepit pauperibus se se præstare liberaliorem, in templis sistere frequentiorem, precibus diuinis exhibere affectiorem: quemque prius vxor ad sacra historię lectionem inuitauerat, is iam illam vicissim incitabat, ad votum perpetuae secum castitatis edendum. Exinde seuerè vivere, egenos & morbos in domum suam pertrahere, ijs seruire, pedes abluerere coepit. Quin & innuentum leprosum, ante templi fore, ulceribus cooperatum, humeris suscepsum in dominum suam portavit, vt ei ministraret, qui quia, eo in templo rebus diuinis vacante, euanuit, Elysij quadam odoris fragrantia, post